Quelle: http://manuscripta.at/?ID=41244
Copyright: Melk, Benediktinerstift



de missa conventuali

Quotidie cantatur conventualiter una missa post ~~missa~~
3a immediate in ~~primo altari~~ choro nisi sit dies
ieiunii ecclesie tunc missa talis post sextam decantatur
Cum autem duas missas contingit uno die conventualiter
cantari prima post 3am et secunda post sextam celebratur
licet quandoque due canantur ex superrogatione fortassis vel ex
consuetudine quando secundum rubricam ad unam tantum canendam obligaremur
Ultra tres collectas in missa publica collecte non multi-
plicantur nisi pluralitas concurrentium festorum aut rubrica specialis
plures requirat aut ordinet sive alia causa raro eveniens
~~cogat~~ nunquam ~~cogat~~ poscat ternarium excedere collectarum Ubi
semper prima oratio seorsum concluditur et reliqua omnes sub una dicta
conclusione nunquam addendo in fine ultime collecte clausulam
illam Et famulum tuum abbatem nostrum etc. prout in aliquibus
locis fieri consuevit Per circulum etiam anni prosas sive
sequentias cantamus quandoque dumtaxat unam de resurrectione
domini per octavam tantum de spiritu sancto duas vicissim per eiusdem
festi octavam quartam de corpore Christi tribus scilicet diebus integram sed
aliis quandoque ultimos quatuor versus tantum pro se eiusdem quintam autem ca-
nimus in commemoratione fidelium defunctorum anniversario fun-
datorum atque exequiis alicuius persone conventualis Omnis